

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et  
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -  
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ  
collectus: & usui accommodatus

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066332**

Exerc. 2. De Vario, & de optimo genere Mortis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45396**

*c.*  
Exerc. II. De vario, & de optimo genere &c. 519  
eius, Electorumque tuorum merita, & per miseri-  
cordiam tuam concludamus.

## EXERCITIUM II.

*De vario, & de optimo genere Mortis.*

1. Constitue te in statu moribundi, morientisque, saltem in proximo, & certo: tanquam ejus, qui responsum mortis acceperis tam à Deo, quam à Medico, quam ab Amico: quam à te ipso, jam in naturæ viribus deficiente, morboque urgente.

2. Adverte, varia esse mortis genera. Est enim mors naturalis, seu corporis: cum vitâ, seu Animâ privatur: & huic; tum ex naturâ nostrâ corruptibili, tum ex pñâ peccato inflictâ subjacemus. Et hæc mors, neque mala, neque bona est moraliter: naturæ tamen malum est: hæc enim appetit conservari in Ese, ista autem tollit esse.

3. Est mors Animæ, quæ & spiritualis vocatur: & hæc semper tantum moralis. Nam Anima cum sit purus Spiritus, immortalis est Physicè, & incorruptibilis naturâ suâ. At Morali morte Anima varie moritur. I. Est enim Animæ nostræ Mors quædam optanda, & curanda: atque augenda, & defendenda in nobis à nobis:

de cuiusmodi morte Paulus intelligendus est; cum ait; *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Hac morte morimur in tuam, in Baptismo: ubi in Christo morimur, imò & se e gratia pelimur, mundanis, & carnalibus desideriis, atque concupiscentiis: dæmonis quoque servituti & peccatorum tyrannidi. Hanc mortem Domi-

*Coloss. 3. 3.*

nus JESUS vocat abnegationem sui : Perditione  
*Matt. 16.24.* animæ. Qui (ait) vult venire post me, abneget  
 met ipsum, & sequatur me. Et ; qui perdiderit an-  
*Joan. 12. 25.* mam suam propter me, in vitam eternam custo-  
*Ibidem.* dám. Et ; nisi granum frumenti cadens in terra  
 mortuum fuerit, ipsum solum manet : si autem mu-  
 tuum fuerit, multum fructum adferat. Hæc mo-  
 etiam mortificatio ab Apostolo vocatur : Mo-  
*Coloss. 3. 5.* tificate (ait) membra vestra, quæ sunt super terra  
*Rom. 8. 13.* Et ; si spiritu facta carnis mortificaveritis : vivetis  
 autem secundum carnem vixeritis, moriemini. E-  
*2. Cor. 4. 10.* Mortificationem JESU Christi in corpore vestro cu-  
 miferentes. Insuper hæc mors. vocatur Crucifixio, Crucis bajulatio : hinc dicit Paulus Christi  
*Gal. 2. 19.* confixus sum Cruci. Et ; mihi mundus crucifixus  
*Et 6. 14.* ego mundo. Et Dominus : Qui non venit post me  
*Luc. 14. 27.* & non bajulat crucem suam, non est me dignus.  
 2. Aliam mors. Animæ nostræ est mala, formida-  
 da cavenda omni studio, & diligentia. Hæc e-  
*Ezech. 18. 29.* mors peccati : de quâ dictum ; *Animæ que pec-  
 verit, ipsa morietur.* Omne enim peccatum  
 mortale, animam occidit, pellens ab eâ spiritum  
 Vitæ : gratiam scilicet Dei, & ipsum Deum : &  
 reddit Animam cadaver spirituale, tot mortibus  
 necatum, quot peccatis mortalibus gravatum  
 reddit odiosam Deo Animam sive hominem.  
*Odio enim est Deo impius, & impietas ejus.* 3. E-  
 præterea mors, alia partialis, ut quando Hom-  
 tantum secundum partem sui aliquam moritur  
 v. g. tantum corpore, aut tantum Animâ : & al-  
 est mors totalis, ut quando totus homo, tan-  
 scilicet corpore, quâm Animâ moritur : quo-  
 fit, cum quis in statu paccati mortalis existeret  
*Sap. 14. 9.*

quoad Animam, moritur etiam corpore: talem enim mortem excipit;

4. Alia mors omni morte pejor, mors secunda, mors æterna. Mors perpetuae damnationis: de qua morte dictum, *mors peccatorum pessima.* *Psal. 33. 22.*

5. Hinc morti opponitur Mors illa, de quâ David: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus:* & Joannes: *Beati mortui, qui in Domino Apoc. 14. 13.*

*moriuntur: opera enim illorum sequuntur illos.* Hæc mors Justorum est: qui in gratiâ Dei hâc ex vitâ recedunt: hi vitam meliorem, quia beatam, quia æternam ingrediuntur, & possident, per mortem.

6. Hæc mors justorum, habet tres gradus seu classes morientium. 1. Quidam enim justi moriuntur in solo statu, sive habitu Gratiæ, atque Charitatis Dei: quod quidem Bonum est, & necessarium, atque mortis bonæ, & justorum omnino substantiale: saltem enim tali morte debent mori, qui bonâ morte volunt mori. 2. Quidam moriuntur in actuali Charitate Dei, sive in actuali exercitio actus charitatis in Deum super omnia dilectum. Quia actus Charitatis Dei, ita quandoque perfectus, & excellens est; (curandum est morienti ut sit;) ut cum qualibet peccandi voluntate (etiam venialiter) habeat quandam incompatibilitatem. Cùm quali Amoris in Deum actu mori paucorum justorum est. Est enim ferè tantum purgatissimarum, atque tali actui amoris benè insuefactarum Animarum. 3. Quidam denique moriuntur non solum in Charitate habituali, aut actuali: sed etiam à Charitate, atque ex Charitate amoreque actuali: ita ut moriantur quasi à vulnere excessivæ Charitatis, vehementiâ-

K k 5 que

122 Exerc. II. De vario, & optimo &c.

Ex

que amoris affectivi in Deum: de quali amo in quo

Cant. 2. 5. Sponsa dixit: Vulnerata Charitate ego sum, & niant in

Cant. 8. 6. Iud: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amu deferan

Ps. 72. 26. langueo: & Psalmista David: Defecit caro mea

& cor meum in Deum vivum: neque id mirum

cum fortis sit ut mors, atque etiam morte fortio

dilectio. Hujusmodi mortuis auctarium insigilat

est, evolare ex hac vitâ, rectâ, in Cælum, sine sen-

su purgatorii. Atque hæc etiam mors paucorum

est: Nisi quia Domini manus non est abbreviata

ac nostris modulis minimè mensuranda.

7. Ad hunc tamen modum, seu gradum mor-

is adspirandum est omnibus Perfectionis ac San-

ctitatis studium professis: quod si ad eum minus

pertingant; ad secundum saltem eurent pertin-

gere: ut scilicet moriantur in actuali Charitate

Dei sui: & quemadmodum desiderat cervus ad

fontes aquarum, sic illi desiderent ad Deum: si-

tiatque Anima eorum ad Deum fontem vivum:

O quando veniam: & apparebo!

8. Sicut enim Professores Perfectionis, non

decet vitam agere tantum in Charitate habituali,

cum id omnino omnibus incumbat: quibuscul-

Matt. 19. 17. que denunciatum est; Si vis ad vitam ingredi ser-

va mandata; Verum incumbit eis vivere in ma-

gna Charitate, in magnis, multis, assiduisque me-

ritis, & semper actibus Charitatis, vel à Charitate

ardenti imperatis fervere; amoreisque Dei in se

magis ac magis, continuo, quoad licet, exercitio

succendere; ita etiam non debet esse illis satis,

mori in Charitate habituali: sed curare debent, ut

in actuali, eaque fervente excedant: & ab arti-

culo mortis inveniantur, rapianturque, & pra-

occupentur: ut si fieri potest, eum Amoris actum,

in

uali amo  
sum, &  
quia amo  
caro mea  
d mirum  
rte fortio  
m insigni  
, sine se  
aucorun  
bbreviata  
lum mor  
uis ac San  
um minus  
nt pertin  
Charitatu  
cervus ad  
eum : si  
n vivum:  
nis, non  
habituali  
ibuscun  
gredi ser  
re in ma  
sque me  
Charitate  
Dei in fe  
exercitio  
illis fatis,  
ebent, ut  
ab arti  
& pra  
s actum,  
in

in quo ultimo à morte inventi sunt, vivi, non fi-  
niant in hac, & cum hac vitâ: sed continent,  
deferantque illum in alteram, eumque inibi perfici-  
ant pro æternitate, & per æternitatem.

P R A X I S.

DEUS, sub cuius nutibus Vitæ nostræ præsentis  
momenta decurrunt: suscipe preces ad te hu-  
viliter clamantium; ut hanc quidem mortalem vi-  
tam omnem, secundum voluntatis tuæ sanctissimæ  
benepacitum, semper in abundantia bonorum ope-  
rum, auxiliante Gratiâ tuâ decurramus: ejus verò  
decursum, sancto, pleno, ac tibi placito fine, per Uni-  
geniti tui, & Matris ejus, Eleitorumque omnium me-  
rita, & per misericordiam tuam concludamus.

EXERCITIUM III.

De Mortis bonæ desiderio frequentando.

1. Constitue te in statu moribundi, & tanquam  
in proximo morituri: & simul in affectu  
illius, qui gemebat, *Heu mihi, quia incolatus meus* Ps. 119. 5.  
*prolongatus est: multum incola fuit anima mea:* &  
illius qui anhelabat: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.* Phil. 1. 13.

2. Mortem bonam desiderant omnes, etiam  
ille, eique similes, qui dicebat: *Moriatur anima  
mea morte justorum, & fiant novissima mea horum* Num. 23. 1.  
*similia;* sed hoc desiderium passim est in homini-  
bus sterile, & inefficax: quia ad consecutionem  
desideratæ mortis bonæ, media aptanon adhibent.  
Non enim diligunt, neque exercent vitam bonam:  
qua tamen est unicum, & omnino necessarium  
huic fini assequendo medium.

3. Sunt verò alii, qui ita Mortem bonam ex-  
optant,